

moriatur. ¶ Si vero quis faceret herbarias vel faturas amatorias, puniatur in discretione domini.

Cap. LI. De tormentorum et de carcerum positione.

5 I doneum esse providimus quod aliquis potestas vicarius loco potestatis iudices vicarii milites eiusdem vel aliquis ipsorum non sit ausus modo aliquo ponere vel poni facere personam aliquam in carceres vel in basta ad pignam vel berlinam vel chatenam, pro aliquo malefitio vel offensione per
10 ipsam personam perpetrato, si illa¹⁾ que comisserit vel perpetraverit malefitium dabit dominio securitatem infra spatium tenporis condecantis de²⁾ condempnatione in eam personam fienda de dictis malefitio vel offensione per eam commissis, salvo // quam de homicidio robaria furto falsitate obtrunca- 148 A
15 tione membri, sub pena centum libr. par. pro quolibet potestate vicario loco potestatis iudicibus vicariis militibus eiusdem domini potestatis et vice qualibet contrafacta. ¶ Et si qua persona fugeret de carceribus vel de basta, ad nullam penam teneatur. ¶ Et ne quis ipsorum potestatis vicarii loco potestatis iudicum militum eiusdem sit ausus ponere aliquam
20 personam ad tormentum, vel eam facere spoliare vel ligare fatiendo ipsam personam poni ad tormentum, vel eam tormentare, sacramento et sub pena libr. ducentarum par., nisi de voluntate iudicum civitatis Tergesti vel maioris partis ipsorum. ¶ Salvo pro delicto homicidii membro mancho robaria furto et vulneribus ad sanguinem et falsitate, in quibus per se sine voluntate iudicum civitatis possit inquirere [et] ad tormentum ponere, si inditia et presumptiones fuerint, et etiam in aliis casibus spetialibus, ubi spetialiter secundum formam
25 statutorum eidem fuerit concessum, quibus spetialibus statutis et casibus per hoc generale nolumus derogare. ¶ Insuper nullus iudex vel rector civitatis Tergesti ponere possit aliquam
30 personam ad pignam berlinam chathenam vel tormentum sine

¹⁾ perpetrato - illa aggiunta sul rigo. ²⁾ Aggiunta marginale.